

amicitia per avanti fra il Re et vui conclude, la qual in cadaun passo et articulo vol inviolabilmente osservar, nè per alcuna causa over occasion contravenir, come havemo certa speranza. Et perchè seculemente se promete che vui signori sguizari dal canto vostro observarete la pace, habiamo voluto significarvi la mente regia, per schivar le spese e fatiche di la dieta de San Jacomo, che non se habia a celebrar. Quando veramente vogliate concluder et acceptar, concordati, bona, integra, secura et stabile union, vui trovarete sempre la Maestà sua prompta et parata come per avanti, et in questo pregamo Dio che si degni prestarvi sempre quello desiderate.

Date in Losanna, 12 lulij 1520.

De diti signor Di LA GISA
et ANTONIO DE PEFLEIS

A tergo: Magnificis concivibus oratoribus ubi a dietas celebranda fuerunt congregati.

70^o *Exemplum litterarum domini Giorgii Soprasaxi ad illustrissimum dominum de Tellegnì.*

Illustrissime domine, etsi mea tenet opinio quod excellentia vestra de his quae in partibus istis geruntur copiosam habuerit informationem, nihilominus pro servitutis mee debito volui mittere copiam conclusionis ultimæ dietæ Lucernæ celebatae, ex qua intelligere potuerit excellentia vestra quae tractata sint parte Catholicæ Regis.

Orator patriæ hujus qui in Senatu sedit, res fert eam fuisse cardinalis Sedunensis praticam ut magnifici Elveti et collegati eorumden mittant oratores suos regi Romanorum. Paravit enim Basileæ navim novam et in eadem extruxit sedes pro oratoribus Elvetiorum illuc mittendis unicuique pago unam et euilibet parti collegatorum unam, ut cum triumpho et gloria in tanta societate coram suo rege possent comparere; at spe frustatus potuirit sedes suas vendere.

In Senatu enim Elvetiorum sedentes oratores quidam dixerunt, etsi domini nostri constituisserint mittere velle oratores suos, quia tamen cardinalis illius rei auctor est, nunquam nolunt domini et in quibuscumque rebus suis habeat interesse.

Costituerunt quod mitterentur ad regem romanorum Zurich et Basilea, alii omnes pagi et colligati contradixerunt, imo habitus votis singularorum

pagorum conclusum est, quod de mittendo oratores domino Regi prædicti nolunt ultra audire verba, vel convocare consilium quoquaque.

Circha secundam partem, in qua petitur parte prædicti domini regis et civitatum Imperii, quod magnifici Elveti repellant illustrissimum principem de Virtimberg, quia Excellentia Vestra in pede conclusiones reperiet si non possit concordari, et repone ipse D. Dux in patriam suam. Tunc respondebunt, et quia responsionem talem sentio que sument arma pro illo dixerunt enim plures in senatu videmus quod oportebit nos percutere illis Suevis, ergo melius est ut nunc tardius fiat.

Intra me cogitans quenam causa Elvetios ad subeundum bellum pro illustrissimo d. Duce de Virtemberg inclinet, non possum aliud dare judicium nisi quod tenentes partem Christianissimi regis haec tractent ea potissimum rationem, nam si bellum hoc sortialur effectum, persuasum erit Elvetiis subire fœdus cum rege nostro, ne forte undique inimicis circum scepi graventur. Et scio quod per secretos regios servidores illud fœdus constanter tractatur, nec displicuit amicis quod oratores regii abierunt, illorum enim importuna instantia generabat erectionem cornuum superbiae eorum, qui contrarii sunt factionis. Nam et suitenses Christianissimi regis contrarii in hac consilii congregatione, alias Elvetios rogarunt, ne mitterent ad regem Romanorum quicquam, quoniam nec ipse mittere velle.

Magnificus dominus preeses Luceræ mihi tanquam sibi amicissimo, per organum oratoris huius patriæ mandavit quod Hispani procerum suorum qui consilium dederit in recessum regis et eorum qui in comitiva regis sunt bona cuperunt in predam, et costituerunt ipsi domino regi terminum ut revertatar alioquin vellent eligere regem Hispaniæ, digna cum sit ut regem habent residentem.

Haec dico ex relatione suprascripta. Alia nova ex relatione non occurunt, meque continue comando.

Seduni, sesta Augusti.

Fideles servitor
G. SUPERSAXUS.

(1) La carta 69^o è bianca.